Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uidebunt & sentient iudices iuste quas iudicauerit
& damnauerunt iniuste. Et in illa hora facta est
terre motus magnus. Cum loqueretur de ipso iudicio repen
te redit ad ea quę ante futura sunt. idem ad persecutio
nem antixpi. de qua paulo ante sermonem fecerat. Ip
samq; uocat horam quam ante in trib' dieb; & dimidio
expresserat. Quid enim mirum si eadem persecutio una
hora uocetur cum eam omne presens tempus una hora
appellat. iuxta qd idem ihs dicit. filioli nouissi
ma hora est. Terre motus itaq; significat illa pse
cutionem ualidissimam. Vnde bene terre motus non
simpliciter sed cum additamento magnus uocatur.
quia erit tunc tribulatio ut dns ait. qualis non
fuit neq; fiet. Hinc danieli angelus dicit. Veni
et tempus. quale non fuit. ex quo ignites esse cepere.
Et decima pars ciuitatis cecidit. & occisa sunt
in terre motu hominum nomina septem milia. Hic
locus in euangelio exponitur ubi dns dicit. qd quedam
mulier habens dragmas decem perdidit unam ex illis.
Nouem quippe sunt ordines angloq; sed homo est
decimus creatus. qui locum casus diaboli euacuatum
replere. Ista pars decima perit in illis qui consen
serunt & crediderunt antixpo. Non autem tota
decima pars perit. sed pars decimę partis. in he
reticis scilicet paganis & falsis fratribus. Ciuitas
quippe ihrlm appellatur. quę constat ex angelis &
hominib; seis. Cui ciuitatis pars decima cecidit. illa
scilicet quę ad nouem angloq; ordines non pertinens,
locum decimi ordinis cum electis minime tenet.